





1766, 18.

SPECIMEN *No. 46*

CONTINENS

CAPVT IVRIS CONTROVERSVM

DE

IVRIBVS VESTIVM

ET

REI VESTIARIAE

QVOD

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISEVRG.

SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XXI. MAII ANNO MDCCCLXVI.

DEFENDET

RESPONDENS

GOTTLOB KLOEPPER

CYGNENS. MISN.

---

LIPSAE

LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.



SPECIMEN  
CAPUT Iuris CONTROVERSIAM  
IURIBVS VESTIVM

REI VESTIARIAE  
QVOD  
ILLVSTRIS ROTARVM ORDINIS GRATIA  
P R A E S I D E  
D. CHRISTIANO HENR. BRVNING

PROFESSORIS PVBLCI ORDINIS IUR. NAT. ET GENIT.  
ET SOCIETATIS NAT. IURIS  
IN ACADEMIA PRATINIA  
DIE XLI. MAII ANNO MDCCCXLVI.

BERGII  
P R E S S O R I S  
GOTTLOR. KLOEFFER

L I P S I A E  
LITTEAE VIDVAE LANGENHEIMIAE





DE  
IVRIBVS VESTIVM  
ET  
REI VESTIARIAE.

---



§. I.

Diuina Prouidentia in creando homine tanta fuisse non viderur, quanta fuit in efformandis brutorum corporibus. His enim, pro vti terrae, in quibus ex voluntate Conditoris vniuersi vagari debebant, illarumque tempestates postulabant, adeo prospexit, vt pellibus munita vel ab impetu frigoris vel ab ardore solis concederet: solum hominem nudum creauit. Sed videtur saltem tanta non fuisse. Si enim summum illud beneficium atten-

A 2

dimus



dimus rationis homini inditae; non egere videtur eiusmodi a natura concessae curae, sed ipsemet arte sua, pro ut terra, tempestas, temporis ratio, et ipsius corporis habitus exigit, sibi prospicere potest. Inuenit itaque humana indigentia rem vestiariam, nec solum contenta fuit ratio humana, ut vestium usum ad solam necessitatem inueniret, sed eo processit, ut ad cultum, ornatum, delicias, voluptatem, pompam, hoc inuentum extenderet. Satis fuisset, si pellibus induti fuissēmus ita confutis, ut ad reliquas actiones aptum fuisset corpus. Sed quot species pannorum adinuenit studium humanum et ars? quot reperit docta solertia tincturas colorum, quibus pinxit panna illa adiuenta diuersa ex lina, lana, sero aliisque materiis? Quot modos consuendi consarcinandi ornandique excogitauit industria et ad comitum et ad acquirendi cupidinem composita. Sunt inter eos, qui mores humanos emendant, qui haec circa vestium ornamenta adhibita studia acriter et taxant et perstringunt; sed nescio, an recte: ego valde dubito, quia mihi videntur confundere inter se superbiam cum pompa. Non quidem nego, posse contingere, ut occasionem praebeant vestimentorum ornatus, ad efferendum animum humanum ad superbiam: sed si ex eo, quod in quotidianis exemplis deprehendimus, philosophamur, haud raro fit, ut superbiae vitio inquinatus sit, cui curda suppellex, quique ob penuriam ab omni vestium ornatu abstinere cogitur, contra ab omni superbia elatoque animo alienos deprehendimus homines vestibus fericis auro argentoque pictis indutos. Vitium itaque non in ipsa pompa, sed in moralitate hominis quaerendum. Imo arbitror, si ex ciuitatis politia dicendum sit, ornatum et pompam in vestibus magis prodesse, quam nocere. Studium enim ornandi sese, comtoremque sistendi

incitat



incitat ad laborem, quo acquirant, vt sibi postea ornatum comparare queant, excitat ingenia ad nouas res inueniendas, per quae inuenta elaboranda postea ciuium copia sibi licitatione victum parit, promouet commercia, auget per portoria et vectigalia redditus publicos, imo animos politiores mollioresque mores producit; commoda sane in republica non spernenda!

§. II.

At vero, cum fieri possit, vt nimio vestium promiscuo cultu detrimentum patiatur ciuitas, imo cum in bene instructa republica, strictior cultus distinctorum ciuium ordinum saepius requirat publicam curam; hinc recte ad iura maiestatica referri potest Ius singulis ciuium distinctis ordinibus distincta vestimentorum genera praescribere, quibus quiuus ordo ab altero facile seiungatur, quale quid de *Sinensium* republica legimus, in qua per leges cuique ciuium ordini singularia vestimentorum ornatusque genera tributa, vt ex iis quiuus facile et cognosci et coli possit, res a patria nostra aliena, in se vtique vtilissima et prudentissima; cum contra apud nos, paucissimos si excipias, vix ex vestimentis quis dignosci possit, et saepius contingat, vt homo infimae plebis suberbiat vestibus tanti splendoris ornatus, vt videretur, si formam videas; quantiuis esse pretii. Ita inter privilegia Doctoribus quondam concessa hoc erat, vt vestibus sese ab aliis distinguerent v. *TITIVM Probe des Geistlichen Rechts L. IV. T. 7. §. 44.* quod de vestibus holerericis, cuius vsus ex plebe concessus nemini videbatur, maxime intelligendum. Sed eheu! quis hodie prohiberet mercatorem, et qui adeo piper oleumque venderet, quo mi-



nus holosericis imo auro argentoque pictis et fimbriatis vestibus vtatur. Vi ergo Iuris Maiestatici Ordinationes publicae circa vsum vestium constituuntur. Hinc in Saxonia notissima in hac causa lex est **die Kleider Ordnung** d. A. 1750. quae singulis subditorum ordinibus normam constituit, quo vestium ornatu incedant, solis exceptis temporariis subditis et *Studiosis* Academiarum Saxonicarum, de quibus §. 14. scribit: **Ausländer, und die auf unsern Vniuersitaeten sich aufhaltende Studiosi indistincte behalten, bewandten Umständen nach, die Freyheit, sich eignen Gefallens zu tragen.** Nec ergo ordinis seu plebeii seu nobilis differentiam statuit, nec vestium ornatusque prohibitionem vllam ponit lex.

§. III.

Solus ordo *clericorum* adhuc inter nostrates hoc praecipuum habet, vt distincto vestium ornatu incedat, quamuis nec omnino eidem communium vestium vsus penitus interdicitus, maxime eo tempore, quo in sui officii functionibus non versantur. Saltem pompam et luxum imo indecorum in vestibus improbant leges etiam in clericorum vestibus. Quapropter *Electo Saxo* in ART. GENER. XVI. in *Codic. August. T. I. p. 689.* ita tantum sanciuit: **Damit auch zwischen den gemeinen Mann und denen Kirchen Dienern Unterschied gehalten, und einer vor dem andern in seinem Stand auch äußerl. erkannt werde, so sollen sich die Kirchen Diener hinsühro aller leichtfertigen, kurzen, zerhackten, zerschnittenen Kleidungen und Verbremungen, so mit Sammt und dergleichen geschieht enthalten.** Strictiora sane canonum iura, quae singulis ordinibus dignitatibusque clericalibus distincta praescribunt vestimenta, simulque

alio-





aliorum vestium, imo coloris in iis usum prohibent. v. c. 15. X. de Vit. et honest. Cler. quamquam negari non possit, vt CAELESTINVS in Epist. ad Episc. Viennens. et Narbon. probat, olim clericos distinctis a laicis vestibus usos non fuisse.

§. IV.

Nihil dicamus de diuersis vestimentorum diuisionibus, quae ex personarum sexusque distinctionibus depromptae. Romana iura institutaque mentionem faciunt vestimentorum virilium, muliebrum, puerilium communium. Habent et praeterea vestimenta familiaria et scenica. Imo in muliebribus alia matronarum, alia scortorum erant, quippe his interdictus matronarum cultus. Quibus vero rationibus singula haec vestimentorum genera inter se distincta fuerint, quae ex Antiquitatibus petenda, haec nec loci huius, nec tractationis sunt: Satis dixit RVBEN: de Re Vestiarum et alii qui de vestibus veterum variis scripsere Videamus magis quae in Libris Iuris Ciuilibus de vestibus leguntur.

§. V.

Accuratam descriptionem vestium sine dubio ex Romanis rationibus posuit VLPIANVS in L. 23. π. de aur. arg. mund. Ait: *Vestimentorum sunt omnia lanæa lineaque vel serica vel bombucina, quae induendi praecingendi, amictiendi, insernendi, iniiciendi incubandiu causa parata sunt: et quae his accessionis vice cedunt: quae sunt insitae (foras infutae) picturae clauisque, qui vestibus insuuntur.* Sicuti vero vestium diuersitatem mores populorum constituunt, ita ipse Vlpianus

nus



nus Romanarum vestium species *c. l.* late enumeravit. Harum vero vestium imprimis notanda in Iure Romano est dispositio, ut, cum tanquam res, quae in priuatarum patrimonio, sint in commercio, sicque inter viuos, imo ultimis voluntatibus alienari atque in alios transferri queant, haec posterior translatio separatam tractationem habeat quae definiat, quid sub *vestium* vel *vestimentorum legato* intelligatur. Respexere ergo in vocis significatu determinando veteres Icti ad id, ut primario ad id comparatae sint, quo corpus tegant. Quo respicit elegans illa controuersia, quam definiuit PAVLVS in *L. 26. π. de aur. arg. mund.* Scilicet possunt in iis vestibus, quibus corpus tegimus quaedam esse, quae ornatiores sunt, et cum alia esset legati species vestium, alia ornamentorum, recte quaerebatur, vtrum vestes ornatius corpus efficientes ad vestimenta, an ad ornamenta referenda. *Ictus* eo videtur respexisse, vtrum vestis primum ad corpus tegendum adinuenta, postea arte et industria ita exculta sit, ut simul corpus etiam ornatius efficiat, an vero ab initio tantum ornatus causa quoddam vestimentum excogitatum et paratum sit; prius ad vestes, posterius ad ornatum refert, ita saltem intelligo *L. c.* verba: *Quamuis quaedam ex veste magis ornatus gratia, quam quo corpus tegant, comparentur: tamen quod eo nomine sint reperta, potius habenda esse vestis numero, quam ornamentorum.* Similiter ornamentorum esse constat, quibus uti mulieres venustatis et ornatus causa coeperunt; neque referre si quaedam eorum alium quoque usum praebeant, sicuti mitrae et anademata; quamuis enim corpus tegant tamen ornamentorum non vestis esse. Caue vero dissentientem PAVLVM ab VLPIANO statuas in *L. 23. cit.* ibi enim ad vestes refert *mitras*, quas Paulus



Paulus inter ornamenta ponit. Vtrique recte: *Paulus* de his dicit mitris, quae ornatus tantum causa inuentae, et ex accidenti caput tegant, cum Vlpianus de iis loquatur, quae ad solum caput tegendum reperta, vt patet ex verbis: *mitrae, quae magis capitis tegendi, quam ornandi causa sunt comparata.* Quae omnia ad nostros mores in vestibus applicata, vsum habere possunt, si controuersia enata sit.

## §. VI.

Praeterea vestium interdum in legatis ratio habetur, quamuis illarum nulla mentio facta. Exemplum deprehendimus in *legatis alimentis.* Quodsi enim testator alicui testamento suo legauerit alimenta, heres non tantum, quae ad *esum potumque* requiruntur praestare debet, sed et *vestium* ratio habetur et *habitationis.* Ita sane pronunciat IAVOLENVS in *L. 6. π. de alim. vel cibar. leg.* Ait: *Legatis alimentis cibaria et vestitus et habitatio debebitur; quia sine his ali corpus non potest.* Neque ad alimenta vestium praestatio solum computabitur in legatorum causis; verum etiam, si vel ex *conuentione* alimenta praestentur, vel lex ad alendum obliget, idem obseruabitur. Sic pater, qui liberos alere tenetur, praeter cibaria, *vestes* quoque praestare debet, hac differentia notata, quod pater, qui ad alendum partum tenetur, praeter cibaria, vestimenta et habitationem, simul teneatur ad ea, quae ad disciplinam pertinent, quae vt recte Iauolenus notat *c. l. legato non continentur.*

B

## §. VII.



## §. VII.

Nec minus vestium ratio habetur in materia *ususfructus*. Quæri enim potest, *an ususfructus in vestibus constitui possit*. Anceps maxime hæc quaestio videri poterat, cum *ususfructus* natura hæc sit, ut res vtendae fructuæ datae, salua substantia finito *usufructu* restituendae sint, quod sane in vestibus vix continget, qui *usu* quotidiano atteruntur, imo consumuntur. Sane videbatur legatum *ususfructus* vestium naturae repugnare, cum *usu* legatus, non abusus. Ita videntur veteres, CICERONIS in *Topic. c. III.* aetate, philosophari. At vero, a quo tempore sub Tiberii forsan aetate, *SCtum* illud celebratissimum factum est, ut *omnium rerum, quas in cuiusque patrimonio esse constaret, ususfructus legari possit*, quod exhibet VLPIANVS in *L. i. π. de usufr. ear. rer. quae usu consumunt*, aliam faciem res induit. Nam ab eo tempore vestimentorum *usufructum* constitutum aut legatum vtilem fuisse, argumentum *SCti* dubitari non patitur: Et hoc utilitatis causa statutum fuisse putat IUSTINIANVS Imp. in §. 3. *I. de Usufr. ut Senatus non faceret quidem earum rerum fungibilibus scil. verum usufructum, nec enim poterat, sed per cautionem quasi usufructum constituit*. Sed in hac re extat difficultas in *L. 15. §. 4. π. de Usufr.* in quo fragmento VLPIANVS scripserat. *Et si vestimentorum ususfructus legatus sit, non sicut quantitatis ususfructus legetur: dicendum est, ita uti eum debere, ne abutatur; nec tamen locaturum: quia vir bonus ita non vteretur*. Verus ergo hic latet vestium *usufructus*, quarum quasi *usufructum* defendit, Iustinianus c. §. 3. Videntur differentiam continere vltima verba: *Vir bonus ita non vteretur*: Videlicet si restator



stator ita alteri vestium vsumfructum reliquerit, vt vtatur fruatur quidem tanquam vir bonus, sed vtendo non abutatur, seu vtendo attritas corrumpat, destruat, sic, vt ipsas vestes integras non posset restituere: priori causa verum vsumfructum vestium constitutum. Si abusum permiserit quasi vsumfructum datum esse putamus. Et praeterea differentiam aliquam quoque in vestium rationibus deprehendimus. Nam quotidianarum vestium vsumfructus legatus vix alius erit, quam quasi vsumfructus, cum in scenicis aliisque forsan festiuis, aut ad certum apparatus comparatis verus vsumfructus deprehendatur apud VLP IANVM. in *L. c. 15. §. 5. π. de Vusufr.* Nec, applicatis his ad nostras rationes vestium, aliter sentimus in foro.

### §. VIII.

Tandem vestium ratio quoque in patriis iuribus occurrit, maxime in rebus expeditoriis et Geradicis. In his enim, quem fugit vel ex iure communi I. P. S. *L. I. a. 24.* vestimenta muliebria, nisi ea quae forsan tantum a marito vtenda data vxori, rebus Geradicis numerari: Cum in contrarium quotidiana viri militaris vestimenta inter res expeditorias proximo agnato relinquenda referantur eod. I. P. S. *L. I. a. 22.* Sed plura ob breuitatis studium addere non licet.

## TANTVM.





facto et alia vestigia adhibentur respondere et veritas  
fuerit probanda computant et hoc non debet  
tam in vando aliter corripit de his et in  
vella interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana

Tandem vestigia adhibentur respondere et veritas  
fuerit probanda computant et hoc non debet  
tam in vando aliter corripit de his et in  
vella interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana  
valla interiora non potest dicitur quod vana

T A N T V M




Leipzig, Diss. 1766 A-G



TA-00







1766, 18,

SPECIMEN No. 46

CONTINENS

CAPVT IVRIS CONTROVERSVM

DE

IVRIBVS VESTIVM

ET

REI VESTIARIAE

QVOD

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.

SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XXI. MAII ANNO MDCCCLXVI.

DEFENDET

RESPONDENS

GOTTLOB KLOEPPER

CYGNENS. MISN.

LIPSI AE

LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.

